(27)-6

Ego crucis xpi seruus sum. & crucis tropheum optare potius debeo
quam timere. Tibi autem cruciatus eter nus qui debentur po
steris euadere. si postquam probaueris perseuerantiam meam ut sic credi
deris xpm. Ego enim de meo interitu timeo. non de mea passio
ne conturbor. Passio enim mea aut unius diei spatium occu
pat. aut duorum. aut multorum trium. Tuus autem cruci
atus. nec per milia annorum potest peruenire ad finem. Unde
desine iam miserias tuas augmentare. Et ignem tibi tu ipse et
num accendere noli. Tunc indignatus egeas cruci eum af
figi precepit. mandans hoc questionariis ut ligatis pedibus &
manibus quasi in eculeo penderet. nec clauis adfixus cito de
ficeret. sed cruciaretur potius longiore cruciatu. Cumque
carnifices ducerent eum ut cruci figeretur concursus
factus est populorum clamantium iustus homo & amicus
dei quid fecit ut ducatur ad crucem. Andreas uero rogabat
populum. ut non impedirent eius passioni. Gaudens enim
& exultans ibat & a doctrina non cessans. Cum uero
peruenisset ad locum ubi crux parata erat. uidens eam alon
ge exclamauit uoce magna dicens. Salue crux que
in corpore xpi dedicata es. & ex membrorum eius margaritis
ornata. Antequam te ascenderet dns. timorem terrenum
abuisti. modo uero amorem celestem obtinens. pro uoto susce
peris. Scis enim a credentibus quanta in te gaudia
habeas. quanta munera preparata. Securus enim & gaudens
uenio ad te ita ut & tu exultans suscipias me discipulum eius
qui pependit in te. quia amator tuus semper fui & desi
deraui amplecti te. O bona crux que decorem & pulcri
tudinem de membris dni suscepisti. diu desiderata. sollici
te amata. sine intermissione quesita. & aliquando iam

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. AA 90.27, 6r – Alcuinus, Confessio de Trinitate; Hildebertus Cenomanensis, De novo sacrificio vetus abrogante; Passio Andreae apostoli (https://fragmentarium.ms/view/page/F-hmdm/5305/50420)